FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Georg Friedrich Schneider.

Schneider, Georg Friedrich

Halle (Saale), 22.05.1710

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-209644

Visual Library

animum induxi, quo ad optatum studiorum meorum finem pervenire possem. Magna quidem impedimenta mihi obstare videbantur, summam nempe, qua circumseptus sum rerum inopiam, ut ex curam salutis; quia semper adversa valetudine Gothæ sum afflictatus. His rebus tamen minime motus, animum à tam inani sollicitudine abduxi et hac unice auxilio Dei fretus accessi Anno CIↃ IↃCCIX. Septembr: XXI. Anno CIↃ IↃCCX. d. VII Febr. in numerum præceptorum adscriptus, ita locum apud mensam, uti dicitur, ordinariam in orphanotrophio obtinui. Horum in me collatorum beneficiorum memoriam nulla unquam delebit oblivio et Deus illa abundantissime in aliis collocabit. Quod ex animo precor ex opto.

Georgius Fridericus Schneider, natus anno post reparatam humani generis salutem CIↃ IↃCLXXX[illegible] Mens: VIIbr: Westhemiæ Franconiæ pago, ubi pater Joh: Philip: Schneider ludimagistri munere functus est, defunctusq. eodem quo in lucem hanc editus sum anno, meq. admodum pauperem atq. pusillum reliquit. ~~Mater~~ Ideo non multum post obitum patris mater (Anna Elisabetha Heusin) ob summam rei familiaris angustiam Cruciburgum, situm in extremis Thuringiæ finibus qui eam ab Hassia distinguunt, oppidulum ad matrem et cognatos mecum demigravit, ubi curæ atque informationi ejusdem Scholæ Rectoris concreditus sum qui quantum potuit in pietatis doctrina et litterarum studijs me erudivit ad annum usq. ætatis meæ XV. Quippe hoc anno adgubernante ita singulari providentia Dei Halam petivi

Ibi suffragante et annuente Summe Rev. Prof.
Franckio in locum & numerum ~~eorum~~ alumnorum qui in Or-
phanotropheo ~~educantur~~, eodem anno sum coopta-
tatus. Sed post triennij curriculum ob adver-
sam valetudinem sub finem m. ~~anni~~, qui nisi
fallit anni CIↃIↃCCVI. bona cum superiorum pace
Gotham sanitatis rationem habiturus et in
Gymnasio Illust. quod ibi floret studia
cœpta porro prosequuturus remigravi.
Ibi pro captu et discendi opportunitate
eas didici litterarum et artium discipli-
nas quæ apud illos traduntur alumnis. Et
denique bona cum pace (quod mihi contigit
anno CIↃIↃCCIX Mense Augusto) a Cl. Rectore
Vockerodt e supremo classis selectæ
ordine, unde missio legitima est, ad hanc
Almam Fridericianam missus sum; ubi
mensa quam dicunt extraordinariam,
in Orphanotropheo per aliquot menses
usus, non multum post mense sc. Febr.
CIↃIↃCCX. ordinariæ membris trans-
scriptus sum. Pro quibus beneficijs D. T.
O. M. maximas et continuas persoluam
grates.

Halæ d. 22 Maij. CIↃIↃCCX.

Scr:

Franckesche Stiftungen zu Halle